





*Pri. 58. num. 14.*

*24*

DISSERTATIO JVRIDICA

*1720*

*18*

DE  
**VSV**  
**BENEFICII**  
**DELIBERANDI**  
ALIORVMQVE  
**JVRIS ROMANI**  
**CAPITVM**

*P. 295.*  
QVAM  
PRAESENTE  
JO. BALTHAS. VVERNHERO  
JCto

POTENTISS. POLON. REG. ET ELECT. SAX.  
A CONSILIIS AVLAE ATQVE JVSTITIAE, ORDINARIO  
ET ANTECESSORE PRIMARIO, ETC.

*In Academia Vitembergensi*

D. XXI. NOVEMBR. M DCC XX.

PUBLICE VENTILANDAM PROPONET

**FERDINANDVS GUILIELMVS**  
ab HARTITZCH  
EQV. MISN.

WITTENBERGAE, Literis Viduae Gerdeſia





*VIRO*  
*GENEROSSISSIMO*  
ET TAM GENTE QVAM MENTE  
NOBILISSIMO DOMINO  
*DOMINO*  
**JOANNI THEODORICO**  
**DE SCHOENBERG**  
HAEREDITARIO IN THAMMENHAYN  
GELENAV, NIEDERZWOENITZ  
ET LAVTERBACH  
*DOMINO*  
**SVO GRATIOSO**

*HO*

HOC SPECIMEN ACADEMICVM  
OMNI QVA DECET RELIGIONE AC PIETATE  
CONSECRAT

BY JS

AD PIETATEM ET OBSE<sup>Q</sup>VIVM  
OBSTRICTISSIMVS

FERD. GUILIELMVS AB HARTITZSCH.



## SVMMA DISSERTATIONIS.

### CAPVT I.

DE

#### Beneficio deliberandi.

§. I. Quid Cretio apud Romanos olim? Unde sic dicta? Negat Thomasius. §. VII. Cui respon-  
Ejus formula. §. II. Cretio quo-  
tuplex? Ejus solennia. §. III.  
Differentia inter heredem cum, su ad juratam specificationem pe-  
& fine Cretione scriptum. §. IV.  
Beneficium deliberandi in locum §. X. Aliud Thomasi argumen-  
Cretionis suscepit est. §. V. Ac-  
cessit beneficium Inventarii. §. VI.  
Inventario aequiparatur jurata presse confirmatum. Praejudi-  
specificatio. An juris deliberan- cium.

### CAPVT II.

DE

#### Actione Pauliana.

§. I. Quid sit Actio Pauliana? Est personalis, sed certo modo in rem scripta. §. II. Beyerus sine ratione Triboniano insultat. Qui cum Paulo prorsus consentit. §. III. Demonstratur, actionem Paulianam non esse reali-lem. §. IV. Est certo respectu in rem scripta. §. V. Non oritur ex pignore Praetorio. §. VI. Sen-  
tentia Titii. Refellitur. VII. Scientia, debitorem plures Creditores habere, emtori haud nocet. Potest Creditor sibi praetaliis vi- gilare. Thomasius sine causa Beyerum notat. §. VIII. Usus actionis Paulianae in foro assertur contra Titium. §. IX. Re- spondet ad aliud argumentum Titii.

## CAP. III.

**D**e Interdicto *Vnde vi*, intuitu emtoris, rem alteri locatam occupantis.

§. I. Sedes argumenti. Casus L. 12. ff. d. Vi & Vi arm. Propter justam causam colono jus retentionis contra emtorem datur. §. II. Sensus L. 18. ff. d. Vi & Vi arm. §. III. Ex utraque hac Le-

ge male infertur, colonum emtori praferendum esse. Potius contrarium inde liquet. §. IV. Usus Tit. d. Vi & Vi arm. hodiernus. Rationes Thomasii dissentientis. Ad quas responderetur.

## CAP. IV.

**D**e Beneficio Separationis Bonorum.

§. I. Sedes Beneficii hujus Casus. In cuius favorem introduc- etum? §. II. An hoc beneficium hodie utile & necessarium sit? Alii simpliciter negant. Alii distingunt. §. III. Ajens sententia defenditur. Rationes Lauterbachii pro negativa recensentur. §. IV. Ad eas responderetur. Refellitur Brunnemannus. §. V. Schilteri opinio examinatur. §. VI. Eadem uberius refutatur. §. VII. Ad reliqua Schilteri ar-

gumenta responderetur. §. VIII. Praejudicium Ordin. Vitemberg. §. IX. Separatio Bonorum hodie num intra quinquennium peti debet. §. X. Creditores hypothecarii, etiam Jur. Civ. beneficio separationis gaudent. Respondeatur ad Argumenta contraria. §. XI. In quibusdam locis, & speciatim in Sax. hypothecarii non opus habent hoc beneficio. §. XII. Quod & in Legatariis obtinet. Praejud. Ord. Vitemberg.

## CAP. V.

**D**e Contravindicione.

§. I. Descriptio Contravindi- cationis. Ejus vis intuitu acto- ris. §. II. Quae haud inanibus argumentis defendi potest. §. II. Idem uberius declaratur. §. IV.

An talis sententia declaratoria contra tertium vim aliquam habeat? Quod negatur. Ex ratione naturali & Civili. Textus, qui allegantur, de Libertitate agunt.

§. V.

§. V. Et ne quidem in causa libertatis id disponunt, quod dissentientes volunt. Pro negante sententia facit L. i. ff. si ingen, esse dic. Quis sit legitimus Contradictor? Praeterea huc pertinet l. 42. ff. de liber. caus. §. VI. Progressus ad fundamenta contrariae sententiae. Pro illa cunctatur imprimis L. 14. ff. d. Probat. Illius sensus. Nihil facit pro effectu sententiae declaratoriae adversus tertium. §. VII. Alius Textus, ad quem Dissidentes provocant. Explanatur §. i. l. d. A&. §. VIII. Diluitur argumentum ex L. 15. C. d. R. V. petitum. Respondetur ad l. 39. de liber. caus. §. IX. In Jure Canonico nihil habetur de Effectu Contravindicationis. §. X. Eundem Romani aequae ac Germani ignorarunt. §. XI. Doctrina eorum, qui dissentient, non bene cohaeret. §. XII. Probatio Domini adversus tertium, non auditum, nunquam est liquida. §. XIII. Quod ulterius demonstratur. §. XIV. In actione negotioria usus Contravindicationis nullus est. §. XV. Ne quidem adversus eundem reum. Quod uberior demonstratur. §. XVI. Occurritur Objectionibus. §. XVII. Contravindicationis nullam in Actione Publicana utilitatem esse, ostenditur. §. XVIII. Nullus etiam illius in hereditatis petitione usus. In l. 15. ff. d. Exc. rei jud. plane mentio non sit Contravindicationis. §. XIX. Quod fusus ostenditur. §. XX. De Contravindicatione apud Veteres Romanos. Quid lis Vindiciarum? Quid secundum libertatem vindicias dare? §. XXI. Leges Alemanniæ nullam vim Contravindicationi adversus tertium tribuunt. §. XXII. Novum argumentum pro negando Contravindicationis effectu contra tertium. A Vindicatione ad Contravindicationem recte arguitur.

## C A P . VI.

## De Beneficio Cessionis Bonorum.

§. I. Dispositio LL. XII. Tabb. de obaeratis debitoribus. Contraria de eadem Iudicia. §. II. Sectioni Corporis succedit Seccio bonorum. §. III. Usu-

Cessionis bonorum rarum esse, contendit Thomasius. Et Beyerus. Quibus respondetur. §. IV. Ejus Exempla.



CAPVT I.  
DE  
BENEFICIO DELIBERANDI.

§. I.

Quid Cre-  
io apud  
Romanos  
olim?

Vnde sic  
dicitur?



ntiquis temporibus testator praescri-  
bere solebat heredi spatium, intra  
quod decernere & hereditatem so-  
lenniter adire deberet, quo elapo,  
ab adeundo excludebatur. Di-  
cebatur hoc cernere, item cre-  
tio. Quam VLPIANVS describit  
tit. 22. quod sit certorum dierum spa-  
tium, quod datur instituto heredi ad deliberandum, utrum ex-  
pediat ei, adire hereditatem, nec ne. Unde Cretio appellabatur,  
quasi Decretio, & cernere, quasi decernere. ISIDOR. L. 5. Orig.  
Neque enim hoc verbum videtur esse a creo, ut putat VAR-  
RO,

RO, sed potius a κρίω, judico; ut conjicit SCALIGER  
*Conjectan. in Varr. d. Ling. Lat. L. 5. p. 6.* Add. GRA-  
 VINA Origin. Jur. Civ. p. 457. Inde alius heres dicebatur  
*cum cretione*, alius *sine cretione* institutus. Formula talis  
 erat: *Titius heres esto, cernitoque in diebus centum proxi-* Ejus for-  
 mis, quibus scieris, poterisque; nisi ita creveris, Exberes mula.  
*esto.* VLPIAN. c. l. CICER. Ep. ad Attic. 4. Lib. 13.

## §. II.

Porro *Cretio* alia erat *vulgaris*, alia *continua*. Illa *Cretio*  
 erat, si verba, quibus scieris, poterisque, prouti commu- quoitu-  
 niter fieri solebat, adjecta essent. Quo casu tempus erat plex?  
 utile, seu nonnisi scienti & non impedito, currebat. Ubi  
 autem illa verba omitterentur, *Cretio* intelligebatur esse  
*continua*, atque tempus erat continuum, quod & igno-  
 ranti, & impedito, cureret. VLPIAN. c. l. BARNAE.  
 BRISSON. d. Formul. & solenn. Pop. Rom. Verb. L. 7. p. m. 600.  
*in fin. seq.* Ipse autem *cretionis* actus, ut pene omnia Ejus so-  
 apud Romanos negotia, solenni ritu siebat. Nempe *tennia*.  
 hereditatem aditurus, adhibitis testibus, in rem pre-  
 sentem veniebat, inspecturus hereditatem, quæ si arri-  
 deret, *tennia* haec & legitima *Cretionis* verba: *Cum*  
*me Mevius heredem instituerit, eam hereditatem adeo, cer-*  
*noque, proferebat.* VLPIAN. c. l. VARRO, L. 5. d.  
*Ling. Lat.* Imo & digitorum percussio simul fieri sole-  
 bat. CVJAC. Obs. 7. cap. 34. GRAVIN. c. l.

## §. III.

Neque vero nihil intererat, utrum heredis institu- Differen-  
 tio *cum cretione*, an *sine cretione* fieret. Cum enim hoc *tia inter*  
*poste-heredem*

8 DE VSV BENEFICII DELIBERANDI.

*cum, & si*- posteriori casu heres, ubi semel declarasset, se abstineret, ne creio- ab hereditate velle, Jus earn adeundi prorsus amitteret, ne scri- ptum. is contra, qui *cum cretione* scriptus erat heres, et si here- ditatem recusaret, tamen penitentia intra tempus cretio- ni definitum, dicta revocare, & cernere hereditatem poterat. GRAVIN. BRISSON. c. l. ubi & hoc ex VLI- PIANO docent, quod extraneus heres, siquidem *cum Cretione* institutus esset, cernendo factus sit heres; Sed si *sine cretione*, pro herede se gerendo.

§. IV.

*Benefici- um delibe- randi in locum cre- tationis suf- fectum est.* In hujus antiquae *cretionis* locum postea successit beneficium deliberandi, nullo discrimine, sive heres ex testamento scriptus esset, sive ab intestato veniret; sive etiam testator ejusdem beneficii mentionem in testamento fecisset, nec ne. t. t. ff. & C. d. Jur. delib.

§. V.

*Accessit beneficium delib.* Huic beneficio IMP. JVSTINIANVS in L. 22, C. d. Jur. *Inventarii.* aliud adjunxit, quod *Inventarii beneficium* appellatur; quo, si utatur heres, deliberatione non habet opus; cum ultra vires hereditatis, in *Inventario descriptas*, non teneatur. Quod proinde, praे illo priori, ad deliberandum comparato, beneficio ipse JVSTINIANVS c. l. §. 13. commendat.

*Inventa- rio com- paratur jurata specifica- tio.*

§. VI.

Cæterum hodie passim, praesertim in Saxonja, In- ventario aequiparatur jurata Specificatio, eundemque cum illa effectum habet. Land. R. L. 1. a. 6. Dec. El. Sax. 57. Unde

Unde jam oritur quaestio : An etiam inter Germanos *An juris  
hodie Jus deliberandi locum usumque habeat ? Negat deliberan-*  
*III. THOMASIVS, in Not. ad Pand. t. d. Jur. delib. & di bodie  
Instit. tit. d. hered. qual. & diff. Rationem hanc addit, aliquis u-*  
*quod apud Germanos nunquam sit introductum illud sus?*  
*Romanorum principium, quod heres omnia defuncti Negat  
debita solvere debeat.*

*Thoma-  
sus.*

## §. VII.

Sed enim vero primum ipse *III. THOMASIVS c. l. Cui re-*  
*excipit Germanos illos, qui olim confines fuerint Romanis, sponde-*  
*aut eorum provincias possederint.* Igitur receptio illius *tur.*  
*principii generaliter negari nequit.* Sane SCHILTE-  
*RVS ad Pand. Exerc. 38. §. 151. seq. ad mores tantum Saxonici-*  
*cos hoc refert, quod, non confecto inventario, heredi-*  
*tatem adiens, ultra ejus vires haud teneatur.* ALEMAN-  
*NOS autem, aliasque Teutonicae originis populos, in hoc*  
*Juris articulo, cum Romanis convenire, ostendit. De-*  
*inde non sequitur : Heres in hoc vel illo loco non te-*  
*netur de suo Creditoribus defuncti solvere ; Ergo delibe-*  
*randi beneficium ibi usum non habet. Quum enim ta-*  
*li casu heres, si, hereditatem dissolvendo aeri alieno im-*  
*parem esse, contendat, ejus quantitatem necessario, me-*  
*diante inventario, aut, si hoc confidere neglexerit, jura-*  
*to indicare teneatur, facile evenire potest, ac solet, ut*  
*deliberare, & expendere prius malit, quid e re ipsius*  
*fit, quam, adita semel hereditate, fortassis exigua, mo-*  
*lestam Inventarii confectionem suscipere, aur jurisju-*  
*randi necessitatem, quam multi defugunt, subire.*

## B

## §. VIII.

## §. VIII.

*Consentit  
Huberus.*

Merentur ea, quae in eandem hanc sententiam ex prudentiae regulis affert HVBERV<sup>S</sup> in Praelect. ad Pand. i. d. Jur. delib. §. 1. hoc loco adduci: Deliberandi Jus, inquit, non est dubium, quin peti posse, nec ratio deest, quare cives id aliquando malle debeat, quam Inventarium, non modo, quia tum facultates defunctorum oculis omnium exponuntur, sed etiam, quia mos conficiendi inventarium, ex praescripto Legum badiernarum, molestior & contumeliosor, quam Jure Civili dictatum fuit. Quin si quis vera rem reputet via, incidatque in hereditatem, cuius facultates ignorat, cupiatque suae, mortuique, dignitati consilere, cuius in Jure Rom. non parva ratio habetur, satius esset, petere jus deliberandi, quam flatim prostituere hereditatem publico inventario. Neque ad rem facit, quod, praetermissio licet Inventario, ad juratam Specificationem heres configere queat. Quis enim, honestioris praesertim conditionis, non libenter hujusmodi jusjurandum declinare velit, quod plerumque apud alios perjurii opinio comitari solet, propter eorum hominum frequentiam & multitudinem, qui, ubi semel alienis bonis se ditarunt, perjurii periculo se exponere, non magnopere verentur; ut hinc misera illa securitas haberi soleat, quae ab alterius jura-mento dependet.

## §. IX.

*Notatur  
Titius.*

Vtitur eadem hac ratione TITIVS Jur. Priv. c. 12. §. 17. p. 963. Qui tamen & ipse in ea opinione est, quod hodie jus deliberandi in Electoratu Saxonie, & aliis Germaniae

maniae territoriis, cesset. c. 4. §. 15. nulla tamen alia ratione addita, quam quod sine periculo statim hereditas adiri possit; adeoque non appareat, quare spatium deliberandi heredi concedi debeat. Ad quam haec tenus satis, ut puto, responsum est.

## §. X.

Vrget porro ill. THOMASIVS, quod ab usū potentiā Aliud tiali ad usum actualēm non valeat consequentia. Atenim. Thomasi vero praeterquam quod satis sit, ad juris alicuius vigo- argumen- rem demonstrandum, quod quisque, si velit, eodem uti tum solvi- queat, et si fortassis nemo haec tenus, eodem uti, sibi commodum duxerit; plurima sane exempla occurrere solent, ubi heres, si gravem verendi causam habeat, ne pauper hereditas, & solvendis debitibus haud suffectura sit, deliberare tantisper, &c., quid sibi expediat, apud animum constituere, quam, praecipiti consilio, variarum molestiarum discrimen adire malit.

## §. XI.

Hinc Potentissimus Elector Saxo in Dec. Nov. 57. Benefici- benefitum hoc deliberandi expresse confirmavit. Verb. um delibe- So sezen/ordnen und wollen wir/ daß zwar denen Erzrandi in ben das Spatium deliberandi annum, so ihnen die Rech<sup>s</sup> Saxonie te verstatfen/ und auf 52. Wochen zu rechnen ist / aller<sup>Elett.</sup> ex- dings verbleiben solle. Et vero actu etiam heredes me- prese con- moratum beneficium expresse sibi concedi petiisse, at- firmatum.

B 2 Praejudi-  
Vitem- cium.

Vitembergensis Mens. Jul. 1720. ad Interrogationem der  
Stadt:Gerichten zu Pirna/in causa Annen Rosinen Fran-  
zin / und Cons. contra Johann Georgen Hempeln.  
Verb. Dass Beklagten das gebethene Spatium deliberan-  
di billig zu verstatthen. B. R. W.

CAPVT II.  
DE  
V S V  
ACTIONIS PAVLIANAE.

§. I.

*Quid sit  
actio Pau-  
lianæ?*

**S**i quid in fraudem Creditorum a Debitore aliena-  
tum sit, ad id revocandum comparata est actio,  
quae dicitur PAVLIANA in L. 38. §. 4. ff. de Vsur.  
De cuius indole, &c, utrum realis, an personalis  
sit, varie Doctores sentiunt. Mihi commodissime res  
explicari, omnesque difficultates tolli posse videntur,  
si dicatur personalis esse, sed certo modo in rem scripta.  
*Est perso-* Quo intuitu eam inter Actiones Praetorias, quae in rem  
nalis, sed competunt, a Justiniano relatam puto, in §. 6. l. d. Act.  
certo mo- Add. HVB ER. Prael. ad Inst. t. d. Act. §. 9. Ex quo tex-  
do in rem tu proinde vulgo male exsculpunt, quod realis sit haec  
scripta. *actio, & ex Dominio oriatur.*

§. II.

## §. II.

Nec vero causam habuit BEYERVS Pos. ad Pand. t. Beyerus Quae in fraud. Cred. pr. cur hoc figmentum Tribonianii vo- fine ratio- caret, quod singi dicatur, res non esse alienatas, forte ex non ne Triba- recte intellecta L. 38. §. 4. ff. de Vsur. subnatum. Neque nianio in- enim fictionis alicuius sit mentio in c. §. 6. sed quod per- fultat. mittatur Creditoribus, rescissa traditione, rem petere. Quod clarius explicant verba sequentia; quod nempe in effe- ctu idem sit, atque si dicerent Creditores, rem traditam non esse, & ob id in bonis debitoris manesse. Cum utique Praetor in hac actione id agat, ut perinde sint omnia, at- que si nihil alienatum esset, quae sunt verba PAVLI in c. l. Qui cum 38. §. 4. Quod, quaequo, vestigium hic diffensionis inter Paulo PAVLVM & TRIBONIANVM occurrit? prorsus consenit.

## §. III.

Caeterum, quod actio PAVLIANA non sit ex Jure Demon- in re, sed sua natura personalis, sequentia evincunt. stratur, Primo enim quaevis actio, ex Jure reali oriunda, id ha- actionem bet, ut detur adversus quemvis possessorem. Atqui, si Paulia- fraudulentus emtor iterum alii, bona fide ementi, rem nam non vendat, hic PAVLIANA conveniri nequit. L. 9. ff. Quae esse rea- in fraud. Cred. Deinde actio haec in factum appellatur, in l. 10. pr. ff. eod. luculento indicio, quod non sit realis. Omnis enim in factum actio est in personam. L. 25. ff. d. O. & A. HVBER. c. 1. Sed & fraudulentia alienatio, pro- pter quam haec actio datur, L. 1. L. 10. ff. Quae in fraud. Cred. aliquid personale est, & in delictum incidit, atque in hac actione principaliter spectatur, non tantum occa- siona-

fionaliter, uti vult & loquitur ZOES. c. t. n. 3. Quem sequitur HOPPE ad Inst. §. 6. d. A. A. Hinc & comparatur cum FAVIANA actione in c. l. 38. §. 4. Hanc vero in personam esse, constat, L. 1. §. 26. ff. Si quid in fraud. Patr. BEYER. c. l.

## §. IV.

*Eft certo  
respectu in  
rem scri-  
pta.*

Quod vero actio haec certo respectu etiam in rem scripta sit, inde liquet, quod contra quemvis possessorem competit, ad quem res, fraude debitoris, titulo lucrative pervenit; sive conscientia sit fraudis, sive non. L. 6. §. u. ff. Quae in fraud. Cred. Unde etiam petitio dicitur in §. 7. l. d. Act. Eandem actionem non omni ex parte in rem scriptam esse, evincit, quod adversus bona fide emtorem non competit. L. 9. ff. cod.

## §. V.

*Non ori-  
tur ex pi-  
gnore  
Praetorio,*

Patet hinc, falsum esse, quod aliqui contendunt, actionem hanc ex pignore Praetorio esse, propter L. ult. C. d. Pign. præt. vid. STRAVCH. Diff. ad Jus Univ. 22. §. 3. STRVV. Ex. 44. tb. 74. Illa enim Lex non de hac, sed utili hypothecaria, actione agit, multoque antiquior est PAVLIANA, quam ut per c. l. ult. introducta dici queat. vid. BORN. Disp. d. Jure in re c. 5. §. 2. Accedit, quod fraudandi animus, quam actio PAVLIANA supponit, ad hypothecariam illam, in c. L. ult. plane non requiriatur. Add. HYBER. c. l.

## §. VI

## §. VI.

In alia omnia abit **TITIVS** *Jur. Priv. L. 10. c. 9.* ubi *Sementia* contendit, nomine *actionis PAVLIANAE* significari *actio*. *Titii.*  
*nem veterem, quae ex jure debitoris, reali vel personali, in-*  
*stituitur. Praetorem nihil novi constituisse, verum, jura de-*  
*bitoris, non obstante alienatione, adhuc superesse, ostendisse,*  
*& veritatem saltem, ab ineptiis stricti juris, vindicasse. Hinc*  
*actionem PAVLIANAM, pro casuum diversitate, esse rei*  
*windicationem, hypothecariam, vel actionem aliquam perso-*  
*nalem. Quae nova Philosophia vel hoc solo destruitur;* *Refellitur.*  
*quod vetus actio realis, v. gr. rei vindicatio adversus*  
*quemvis possessorem indistincte competit; quae si ve-*  
*lut sub tegmine & larva actionis PAVLIANAE lateret,*  
*bona dolose alienata a quocunque, sine discriminе pos-*  
*sefforis, vindicari possent, contra L. 9. l. 10. §. 2. & L. 5. C.*  
*quae in fraud. Cred. Praeterea terminus anni utilis, ad*  
*quem actio PAVLIANA adstricta est, L. 6. §. ult. Eod.*  
*sat luculentum inter eandem, & actionem veterem, di-*  
*scrimen constituit.*

## §. VII.

Caeterum, sicuti possessor, qui rem titulo oneroso *Scientia,* accepit, non aliter hac actione tenetur, quam si parti-  
*debtorem*  
*ceps sit fraudis, per cit. LL. ita simplex scientia, quod plures*  
*debitor plures Creditores habeat, non sufficit. L. 10. §. 4. Credito-*  
*ff. cod. Vix enim quisquam negotiatorum est, qui omnibus Creditoribus careat. Quid vero, si tempore aliena-*  
*tionis jam sciverit quis, debitorem non esse solvendo?* *Credito-*  
*res habe-*  
*Tum vero regulariter pro fraudis partice habendum* *re, emtori-*  
*band ne-*  
*erit.*

*Potest  
Creditor  
sibi prae  
aliis vigi-  
lare.*

erit. Nisi quod Creditor, qui debitam pecuniam recepit, antequam bona debitoris possideantur, quamvis sciens prudensque, solvendo non esse, recipiat, Edictum Praetoris timere non debeat, ut loquitur **VLPIA-**

*NVS in L. 6. §. 7. ff. eod. addita ratione, quod sibi vigilaverit.* Modo citra vim & sine gratificatione solutio facta *Thomasius sit. vid. L. 24. ff. eod.* Quem casum cum disertis verbis *sine causa tractet BEYERVS adff. c. tit. pos. 4. miror, quod ill. THO-* *Beyerum MASIVS Not. ad Pand. c. t. ubi, actione PAVLIANA* *notat. bona, tam ante, quam post missionem, alienata revocari, re-* *ete ait, BEYERVM, tanquam dissentientem, alle-* *get; qui tamen, in pos. 4. ut dixi, de solutione, uni Creditorum, ante immisionem facta, loquitur. Caetero-* *quin sententiam suam, quod actio PAVLIANA locum* *habeat, etiamsi res alienatae sint, antequam Creditores* *in bona debitoris immitterentur, aperte declarat ad Inst.* *t. d. Act. pos. 78.*

### §. VIII.

*Usus  
actionis  
Paulianae  
in foro  
affiratur  
contra Ti-  
tium.*

Etsi vero usum actionis PAVLIANAE frequentem in foro quotidiana Praxis confirmet, exiguum tamen ejus & olim, & hodie fuisse, & esse, contendit **TITIVS Jur. Priv. c. l. §. 9.** & in *Obl. ad Lauterb. 1070. seqq.* tum quod Debtores obaerati in alios gratis quid non facile transferant, tum quod venditio quidem fieri soleat, sed saepe in emtores ignorantes, ac doli non temere convincendos; Sed enim experiendo discimus, non adeo rarum esse, ut debitor, qui se jamjam decocturum intelligit, personis sibi vel consanguinitate, vel saltē interiore amicitia, conjunctis donare, quam bona sua Creditori-ribus

ribus relinquere malit. Deinde dolus emtoris, si non aliter, saltem jurisjurandi delatione, erui, atque ad liquidum perduci potest. Quod vero addit **TITIVS**, si ponamus, actionem hanc, distractis demum bonis, institui posse, eam plerumque inanem fore, non intelligo, quo fundamento nitatur. Nam qui a debitoro bona, praesertim immobilia, quae amoveri nequeunt, accepit, eodem cum successu, post factam bonorum distractionem, conveniri potest, atque si eadem nondum secuta sit.

## §. IX.

Illud vero plane nihil ad rem facit, quod **TITIVS** addit, *Creditores in movenda actione PAVLIANA* Respon-  
uniuers personae vice fungi, adeo ut ejus effectus omnibus pro- detur ad  
delle debeat; atqui hoc affectu homines esse solere, ut sibi aliud ar-  
solis quam optime prospectum cupiant, ad quem scopum PAV- gumen-  
tum Titii.  
*LIANA collineare non videatur.* Quasi vero homines  
non eo affectu esse soleant, ut potius aliquid, quam ni-  
hil, cupiant; &, si toto potiri nequeant, saltem aliqua  
parte contenti esse velint.

## CAPVT III.

DE

V S V

INTERDICTI VNDE VI,  
INTVITV EMTORIS, REM ALTERI  
LOCATAM OCCVPANTIS.

## §. I.

**D**e hoc Juris argumento imprimis duo textus occur-  
runt; alter in L. 12. ff. d. Vi & Vi arm. alter in l. 18. ff. cod. <sup>Sedes ar-</sup>  
C <sup>gumenti.</sup>  
Miror,

18 DE VSV INTERDICTI VNDE VI, INTVITV EMTORIS

Miror, utramque Legem numeris Platonicis, & Sphyngis  
aenigmatibus obscuriorum judicasse ZAVNSCHLIFERVM  
Diss. Jur. ad L. g. C. d. Loc. & Cond. quae extat in Oper. Ju-  
rid. Non puto, aliquam in his legibus obscuritatem

Casus  
L. 12. ff. de fundi non admisit ; deinde a tertio per vim deje-  
Vi & Vi catus est ; quaerebatur : Vtrum ipse, an Locator,  
arm.

interdicto : Vnde vi, uti posset ? Primo intuitu  
videri poterat, interdictum Locatori competere ; is e-  
nem proprie fundum possider ; Colonus tantum illius  
nomine in possessione est. Quo intuitu in l. i. §. 10. ff. d.  
Vi & Vi arm. negatur, interdicto uti posse colonum. Sed  
ait MARCELLVS, colono interdictum competiturum ;  
neque enim Locatorem amplius fundum possedisse in-  
telligi ; quippe quem colonus hoc ipso possessione deje-  
rit, dum emtorem, cui Dominus jus siffrer possessionem  
tradi, non admiserit. Ipsum vero colonum propterea  
itidem locatori interdicto obstrictum esse, nisi forte ju-  
stam & probabilem causam, emtorem non admittendi,  
habuerit. Qualis tamen non est solus contractus loca-  
tionis, aut praestatio ejus, quod interest ; quod emtoris  
jus potius sit, quam conductoris, L. g. C. d. Loc. & Cond.  
&, ad consequendum interesse, nonnisi personalis actio

Propter  
justam  
causam  
colono jus  
retentio-  
nis contra  
emtorem  
datur.

regulariter conductori adversus locatorem detur. Po-  
terit vero alia justa causa subesse, propter quam jus re-  
tentiois colono datur ; v. gr. si in securitatem contra-  
ctus hypotheca a colono constituta sit, aut ipse in rem  
impensis fecerit. Nec vero huic, quo minus interdicto  
unde vi adversus dejicientem utatur, objici potest, quod  
nemo sibi ipse causam possessionis mutare queat.

Nam-

Namque sola quidem animi destinatio causam possessio-  
nis mutare nequit ; sed aliud dicendum, si vis accedat,  
puta, si colonus emtorem, fundum ingredi volentem,  
repellat ; tunc enim ex simplici detentore, qui alieno no-  
mine in possessione fuerat, ipse quasi possessor, sed vio-  
lentus, atque praedo efficitur ; cui tamen, rursus deje-  
cto, ad recuperandam possessionem interdictum datur.

## §. II.

Altera Lex 18. ff. d. Vi & Vi arm. acutissimi PAPINIANI est. CVIACIVS, in ea enodanda, inter vim <sup>18. ff. d.</sup> simplicem, seu quotidianam, quam vocat, & vim arma-  
tam, solicite distinguit, in PAPINIAN. Quaeſ. Lib. <sup>Vi & Vi arm.</sup>

26. Sed, nisi fallor, illa distinctione, circa explicatio-  
nem hujus legis, facile carere possumus. Casus legis  
hic est : Locator fundi eundem postea vendidit, & em-  
torem illum occupare jusfit ; sed hic prohibitus a colono,  
eum postea per vim expulit ; tunc vero & locatori co-  
lonum, & huic rursus emtorem Interdicto *Unde Vi tene-*  
*PAPINIANVS ait.* Prius ex hac ratione, quod colo-  
nus, non admittendo emtorem, de possessione loca-  
torem dejecerit ; *Quia nihil inter sit, ipsum, an alium,*  
*ex voluntate ejus missum, intrare prohibuerit ; neque enim*  
*possessionem prius a locatore dimissam intelligi, quam*  
*emtor eandem adeptus fuerit ; quo repulso, eandem lo-*  
*catori adem tam ; qui proinde, adversus colonum, inter-*  
*dicto recte experiatur.* Posterioris vero, quod nempe  
colonus adversus emtorem, a quo per vim expulsus est,  
eodem interdicto agere possit, propterea dicendum,  
quod fundum non ab ipso, quippe qui nunquam ejus pos-  
fessio-

sessionem nactus est, sed a venditore, per vim possedebit; dum nimurum emtorem, qui ejus voluntate fundum ingredi cupiebat, exclusit & repulit. Sed neque eo casu emtori succurrentum, si, volente venditore, postea colonum vi expulerit; quod hoc mandatum illicitum, eoque venditori hauidquaquam obtemperandum fuerit.

## §. III.

*Ex utra-* Hic utriusque legis planissimus sensus est, atque i- que bac ta palpabilis, ut, ejus illustrandi causa, plura afferre no- lege malelibim, ne forte lectorem stuporis arguere videar. Ex his inferatur, vero abunde liquet, quantopere illos Dd. falli oporteat, colonum emtori qui ex utraque hac lege vulgatum juris principium, praferen- Rauff gehet vor Miehle / cuius fedes est in cit. l. 9. C. d. dum esse. Locat. impugnatum eunt, quod facit HERMANN. ZOL-

LIVS, JCtus Rintbelensis in Diff. ad c. l. 9. §. 8. & 9. quem temere sequitur BEYERVS ad Pand. tit. Locat. poß pos. 30.

Potius n. 5. & 6. quum, si a cit. L. 9. C. discesserimus, nullum e- contrari- evidentius argumentum, ad singularem ZOLLII, ejus- um inde demque sequacium, opinionem refellendam expro- liquet. mi possit, quam quod binae leges, superius expo- sitae, suppeditant. Quae enim, quaeso, consecutio e-videntior esse posit, quam quod colonus cedere emto- ri debeat; cum, si resistat, nec eundem admittat, interdicto unde vi a locatore conveniri queat?

## §. IV.

*Vsus Tit.* Sed & illud appetet, non esse, cur Tituliff. d. Vi & vi arm. ar- arm. bo- usus in dubium vocetur ab ill. THOMASIO Annot. ad Pand. diernus. cit.

tit. tit. Nec rationes, quas affert, eundem evertunt. Remedia, inquit, juris Canonici sunt haud dubie pinguiora, Rationes interdicto VNDE VI, quod ea contra quemvis possefforem Thomasi rei, sive immobilis, sive mobilis, alterum violenter dejiciens dissentientem, adhiberi possint, & cum jus Canonicum per seculum receptum sit in foris Germaniae ante jus Romanum, patet, nullam subesse rationem, ut Germania postea reciperet usum bujus tituli in foro. Atvero, et si jure Canonico prodita sint utilissima, posseffionis recuperandae, remedia, in cap. saepe X. de responderet. spol. & Can. Redintegranda, caus. 3. quæst. 1. quorum tur. utrumque adversus tertium possefforem comperit, & posterius latissime in foro patet; ut ZIEGLER. pecul. Commentat. ostendit, nondum tamen inde consequitur, nullum memorati tituli juris Civilis usum in foro esse. Contrarium sane vel solae illae duae leges, quarum genuinum sensum superius explicui, liquido evincunt. Quis enim, quaeso, si casus eveniat, ubi colonus emtorem fundum ingredi, verbis tantum, sine armis atque viribus prohibuit, ex jure Canonico definiat, utrum hoc spolium, intuitu locatoris, sit, & utrum ipsi remedium recuperandæ posseffionis, adversus colonum, concedi debeat? Quod tamen leges illae luculenter ostendunt; quibus haud cognitis, aquam illis haerere, necessum est, qui ad hujus generis controversiam decidendam accidunt.

## §. V.

Nec vero hujusmodi casus inter eos, qui raro contingunt, recensendi veniunt. Similis fere hoc ipso tempore, Mens. Sept. 1720. Collegio Vitembergenſi oblatus

C 3

est

*Casus Interdicti.*

est ad requisitionem des Raths zu Langensalza in causa Johann Heinrich Gutbiers/ Klägers an einem/ Caspar Christian Thilden/ Beklagten am andern/ Annen Gutbierin Intervenientin 3ten Theils. Emotor, contractu perfecto, resignatoque sibi judicialiter a venditore dominio, occupaverat, insciente colono, agros, eosdemque rastero subegerat. Querebatur hic, se privata auctoritate dejectum, atque adeo ex interdicto *Vnde vi* se restitui postulabat. Venditrix, coloni mater, interveniendo tuebatur reum, eundemque in apprehensa semel possessione defendi, petebat. Manifestum erat, eidem interdictum *Vnde vi* haudquaquam competere, quia non ipse, sed per illum locatrix possederat, vid. l. i. C. Commun. d. Usucap. l. 10. C. unde vi L. i. §. 22. l. ult. ff. d. Vi & Vi arm. Atqui hujus voluntate in possessionem iverat emotor, quod, quarendi non esset, qui resisteret, privata auctoritate facere poterat. Neque colonus allegabat justam causam, propter quam jure retentionis uti, fas ipsi esset. Potest autem colonus seu conductor, si non resistat, propria auctoritate expelli; multoque magis, ipso insciente, emotor in fundi possessionem ire potest. Vid. Cvjac. Quaest. Papin. Lib. 26. ad l. 18. ff. d. Vi & Vi arm. GODOFR. ad L. 3. C. d. locat. Habet tamen conductor expulsis Loc. cond. actionem adversus locatorum, ad id, quod interest, praestandum. l. 24. §. 4. l. 33. ff. Loc. cond. Ita Fac. Lips. Mens. Jan. 1720. Verb. Dass Klägers Söhnen/ indem er als Pächter an den libellirten 3. Sattel Landes keine posse sich zueignen kan/ und wegen seines interesse die Verpächterin/ dass sie ihm den Pacht nicht gehalten/ sondern mittler Zeit besagtes Land an Bekl.

Befl. verkauffet / allenfalls in Anspruch nehmen kan / nicht statt hat. V. R. W. Quam sententiam ; quum actor eadem Leuterationis remedio a viribus rei judicatae suspendisset , confirmavit Ordo Vitemberg. Mens. Sept. 1720. Verb. Leuterung ungedachtet &c.

---

CAPVT IV.

DE

V S V  
BENEFICII SEPARATIONIS  
BONORVM.

§. I.

**B**eneficii hujus sedes est in tit. ff. d. Separat. & tit. C. Sedes be-  
d. bon. auctor. jud. poss. Vis illius in hoc consistit, neficii hu-  
quod defuncti Creditores petere queant, ut bona <sup>jus</sup>.  
illius a bonis heredis separentur, ut ipsis exinde primo  
omnium satiat. Casum format ipse VLPIANVS in Casus.  
L. 1. §. 1. ff. d. Separat. Introductum est principaliter in In cuius  
favorem eorum, qui defunctum sibi obligatum habent ; favorem  
ne, concurrentibus heredis Creditoribus, damnum in- introdu-  
currant, uniuersa fortassis massa bonorum , defuncti at- etum.  
que heredis, satisfactioni omnium Creditorum, haud suf-  
fectura. Vnde remedium indemnitatis dicitur in L. 2. C.  
d. Reb. auctor. jud. Quia nempe hoc ipso, dum aditur  
hereditas , illius jus cum jure patrimonii heredis con-  
funditur & coalescit. Quae juris confuso Nov. 48. pr. di-  
stingui

stingui debet ab ea, quae facti est; post quam beneficio separationis amplius locum haud esse, VLPIANVS monet in L. I. §. 12. ff. d. Separat.

## §. II.

*An hoc beneficium dienum utile atque necessarium sit?* Plerique doctores utrum negant; hoc imprimis argumento adducti, quod post beneficium inventarii in L. ult. C. d. Jur. delib. hereditatis datum, bona defuncti jam a reliquo heredis patrimonio ita divisa sint, ut ulteriori Separatione opus haud sit. Quia vero in heredis arbitrio est, utrum hereditatem simpliciter, an cum beneficio Inventarii, adire velit, inde alii distinguunt casus, ubi heres beneficio Inventarii utitur, vel non. Hoc posteriori casu, concedunt, necessarium esse, ut Creditores defunctorum auxilium Separationis implorent; priori non item. Ita post complures alios sentit LAVTERB. Disp. d. Separat. §. 3. secutus imprimis HILLIGERV M ad Donell. l. 23. c. 16. lit. D. in fin. & RICHTERVM d. Jur. & Privil. Cred. Disp. 2. p. 38.

## §. III.

*Ajens tentia de-* Sed, contrarium verius esse, puto; quod nempe etiam post introductum Inventarii beneficium, Separationis honorum utilitas atque necessitas supersit. Quod & agnoscit SCHILTER. ad Pand. Exerc. 46. §. 47. cum A. Fabro 2. Dec. Err. 2. Neque tamen ad fundamentum, a LAVTERBACHIO adductum, evidentem responsionem

nem suppeditat. Nempe LAVTERBACHIVS pro ea, Rationes quam tuetur, sententia hanc imprimis rationem urget, Lauterba-  
quod heres, qui inventarium conscripsit, expressè jubeatur, cbit pro  
Creditoribus ex bonis hereditariis satisfacere, & quidem negativa  
quantum res substantiae ad eum devolutae valeant; L. ult.  
§. 4. C. d. Jur. delib. adeo, ut respectu Creditorum hereditario-  
rum heres neque damnum, neque lucrum, ex bujusmodi here-  
ditate sentire debeat; c. l. §. 10. Unde, sua sponte sequi, pu-  
tat, concursum Creditorum heredis, qui inventarium conse-  
cit, hereditariis Creditoribus nihil nocere, nec ipsis, antequam  
aes alienum defuncti solutum fuerit, aliquid ex bonis heredi-  
tariis praesciari posse; alias enim lucrum exinde sentire here-  
dem, cuius Creditores hereditaria pecunia essent dimissi; Ubi-  
cunque autem, pergit, heredis Creditores hereditariis Credi-  
toribus praejudicare nequeant, ibi supervacaneum esse sepa-  
rationis remedium, quod cum in finem sit introductum, ne  
Concursus Creditorum heredis faciat, quo minus suum reci-  
piant hereditarii; cessante enim finali dispositionis causa,  
ipsam dispositionem cessare.

## I V.

Haberet aliquid in recessu, nec confutari haec Adeas re-  
LAVTERBACHII ratiocinatio posset, si modo illud, spondetur.  
quod fundamenti loco supponitur, beredem post confectum  
inventarium teneri, ex bonis hereditariis precise Creditoribus  
defuncti satisfacere, ad liquidum perductum esset. Be-  
neficium Inventarii in solius heredis favorem concessum  
est; ut ipse ultra vires hereditatis haud teneatur. Caet-  
erum nihil hoc libertati heredis detrahit; qui, etiam  
confecto inventario, aequo ex suo patrimonio, atque ex

D. bonis,

bonis, a defuncto acceptis, creditoribus tum suis, tum hereditariis, recte solvit. Et quamdiu heres beneficium Inventarii haud allegat, solidum ex universis ipsius bonis creditores non male aut perperam petunt. Unde nec Judex, orto Creditorum concursu, ex officio solicitus esse vel solet, vel tenetur, utrum Inventarium confectum sit, nec ne; quamdiu debitor & creditores de eo silent; Sed, bonis hereditariis cum patrimonio heredis junctis, ex universa massa Creditoribus, sine discrimine, utrum cum defuncto, an herede contraxerint, eo, quo se invicem consequuntur, ordine satisficeri consuevit. Igitur per introductum Inventarii beneficium necessitas separationem impetrandi sublata haud est; neque separatio ipso jure fit, sed factum hominis requirit; ut recte animadvertis SCHILTER. c. l. Falsum itaque est, quod BRVNNEMANNVS ad l. i. §. 16. ait, non petentibus non competere beneficium separationis, id hodie in concipiendis sententiis non attendi; quia, si non petatur ab aliquibus, omnibus tamen hoc jus tribui; nam judicem suppleri jura partium in facto certo, ab advocatis non allegata. Judex non subvenit, nisi imploratus; nec beneficia juris supplet, quae non nisi ad implorationem dantur.

## §. V.

Schilteri  
opinio  
examina-  
tur.

Hæc cum perspexerit SCHILTERVS, eoque necessitatem impetrandi separationis beneficium jure Civili permanere, concedat, mirum est, potuisse ipsum de Jure Saxonico eandem negare. Pro qua sententia firmando urget, quod jure Saxonico, etiam non confecto Inventario, heres ultra vires hereditatis, jurato tunc edendas, non teneatur

tur ipso jure. Sed vero non potest apud Saxones jurata, quam vocant, bonorum specificatio maiorem effectum habere, quam Inventarium Jure Civili. Atqui hoc non impedit necessitatem imperrandi separationis beneficium, ipse SCHILTERVS, ut dixi, largitur. Ergo eadem nec apud Saxones cessabit; utut nunquam heres ulterius apud hos reneatur, quam vires hereditatis sinnunt. Quae vero haec, quaeſo, consecutio? Heres in Saxonia ultra vires hereditatis, jurato indicandas, non tenetur; Ergo postulatio separationis non est necessaria; sed ipso jure venit, nec ut beneficium impetratur. Prius est beneficium heredis; posterius Creditorum; Ab illo ad hoc idoneum argumentum duci nequit.

## §. VI.

Quid enim, si heres, ut plerumque fieri solet, aere alieno obrutus, universa bona sua Creditoribus inter se dividenda relinquat; ut jam ejus non intersit, unde futurum. & ex quibus bonis eisdam satisfiat; neque jam Creditoribus cum herede, sed inter ipsos negotium sit? Nulla ratio est, cur Judex tali casu propterea, quod heres ultra vires hereditatis respondere non debeat, hereditatem a reliquo heredis patrimonio fejungere, & Creditorum, id non potentium, duas velut classes constituere debeat. Neque vero beneficium Inventarii, aut juratae specificationis, apud Saxones id efficit & operatur, ut bona hereditaria a bonis reliquis ipso jure sint divisa, sed ut illa a se invicem separare posfit heres, si velit, aut creditores defuncti Separationem, tanquam peculiare beneficium, expetere queant.

D 2

§. VII.

## §. VII.

*Ad reli-* Nihil est, quod SCHILTERVS c. l. §. 48. addit, in qua Schilforo Saxonico Creditores non sequi personam heredis, sed bona teri argu-defuncti. Non enim hoc aliter verum, quam si id, menta re-beneficii loco, legitimate impetraverint; perinde ut jure spondetur. Civili idem illud speciatim impetrari necessum est. Neque est, cur moneat SCHILTERVS c. l. inutilem esse cautelam, ab ipso traditam, in foro Saxonico, de reservatione & protestatione, si quid supererit in bonis heredis. Nam illa cautela in universum omni fundamento destituitur, & nec in foro communi locum habere potest; quin legibus aperte repugnat. Vid. l. l. §. 17. & l. 5. §. d. Separat. Vnde discere licet, Creditores, qui, impetrato Separationis beneficio, a persona heredis receperunt, ad eandem, ejusque bona, reverti haud posse, sed eo, quod semel postularunt, stare debere.

## §. VIII.

*Praejudicium Or-* Atque hanc sententiam, quod non minus in Saxonico, quam communi, foro hodienum necessaria sit Separationis bonorum impetratio, tenuit atque secutus est *dinis Vi-* Ordo Viternbergensis novissime, Mens. Oct. 1720. ad requisitionem des Raths zu Meissen in J. S. Schulz und *temberg.* Priorität Sachen. Quod ex ore Dn. Praesidis compertum habeo.

## §. IX.

*Separatio* Quæritur: Intra quod tempus Creditores defunctorum Separationis beneficium petere debeant? Jure Romano constitutum est quinquennium, ab adita hereditate  
*bonorum*  
*bodieque*

tate computandum; l. i. §. 13. ff. d. Separat. quo tempore *intra* elapsō, eidem amplius locus haud est. Hic terminus *quinquen-*  
*hodienum attendi debet, ubi aliud speciatim lege, vel <sup>nium</sup> pe-*  
*consuetudine, introductum haud est; ut de Electoratu<sup>ti</sup> debet.*

Brandenburgico testatur RICHTER d. Privil. Cred. c. 1.  
n. 176. de Pomerania MEVIVS P. 1. dec. 254. atque de  
Ducatu Megapolitano BRVNNEM. ad l. 2. in fin. C. d.  
bon. auch. jud. Quocirca eandem quinquennii praescriptionem etiam in foro Saxonicō obtinere, recte ostendit CARPZ. L. 4. Resp. 18. A qua sententia rursus reddit SCHILTERVS Ex. ad Pand. 46. §. 49. ut nempe suae hypothesi, quam in antecedentibus destruxi, inferriat, quasi apud Saxones ipso jure bona defuncti, atque hereditis, divisa sint, & consequenter etiam creditores separati. Quod falsum esse, abunde ostensum. Unde, quum in eadem causa, prae*c.* §. commemorata, separandoes esse creditores, Fac. Jur. Lips. pronunciasset, interposito adversus eam sententiam Leuterationis Remedio, Ordo Vitembergensis, propter quinquennii lapsum, separationi locum esse, negavit, idemque spatium in Saxonia etiam observandum esse, censuit, Mensl. Oct. 1720. Verb. Nunmehr aus denen Acten und der Partheyen rechtlichen Einbringen so viel zu befinden / daß vor allen Dingen J. S. von C. St. Vermögen/ in Ansehung, daß des in denen Rechten zu suchenden beneficii separationis vorgeschriebene quinquennium a tempore aditae haereditatis vorlängst verstrichen se. nicht zu separiren / sondern dieweil die meisten derer Gläubiger ihre Forderungen liquidiret / Curator litis auch zum Theil / was er ihnen davon geständig / oder nicht / darauf geantwortet / so werden sie nach gesetzter Ordnung billig befriediget. &c.

D 3

§. X.

*Creditores hypothecarii, etiam Jure Civili beneficio separationis gaudent.* De hypothecariis Creditoribus anceps quaestio est, an & illi ad separationis beneficium admittendi sint, aut omnino eodem opus habeant? Mihi distinguendnm videtur inter Jus Civile, atque Saxonum. Illo jure verius est, memoratum beneficium non minus ad hypothecarios, quam chirographarios, aut personaliter privilegiatos, Creditores pertinere; quicquid in contrarium nitantur praeter caeteros *Ant. Faber in Jurispr. Pap. tit. Quib. ex caus. man. non lic. princ. §. illat. 3. & STRUV. Exerc. ad Pand. 36. tb. 14. CARPZ. P. 1. C. 28. d. 10. n. 8.* Namque generaliter creditoribus hereditariis beneficium separationis indulsum esse, constat *l. 2. C. d. bon. auor. jud. poss. l. 1. §. 1. ff. d. separat.*

*Respondetur ad argumenta contraria.* Rationes & argumenta omnia, quae pro negante sententia afferri solent, huc redeunt, quod Creditorum, quibus de hypotheca prospectum est, nihil interfit, quorum bona sint facta; cum pignoris persecutio, adversus quemvis possessorem, ipsis sit salva. Quid vero, si ex parte heredis Creditores concurrant, qui praeter hypothecam, eandemque generalem, quae & bona futura, adeoque etiam hereditaria, afficit, privilegium praelationis habeant, vi cuius omnes hypothecarios, et si priores, in Concurso antecedant; qualis v. gr. est Uxor heredis, intuitu dotis? Tali utique casu necessarium est defuncti Creditoribus pignoratiis beneficium separationis; nisi ab hujusmodi privilegiatis Creditoribus heredis, magno saepe cum detimento suo, vincit cupiant. Add. *LAVTERB. Diff. d. separat. cap. 3. §. 8.*

## §. XI.

De hoc vero non est, quod sibi metuant pignoratitii *In quibus-*  
 Creditores illis in locis, ubi omnibus, sine discrimine *dam locis,*  
 debitoris Creditoribus, et si privilegio munitis, praefe- *& specia-*  
 runtur illi, qui hypothecam in bonis consecuti sunt pri- *tim in*  
 us, quam illa debitor acquisiverit. Ibi enim superva- *Sax. hy-*  
 caneum fuerit, ad Separationis beneficium confugere *pothecarii*  
 eos, qui jam ipso jure tuti sunt. Hoc speciatim ita in *non opus*  
*Saxonia obtinet, & expresse cautum in Ord. Proc. Sax. tit. beneficio.*

42. §. Gleiche Meynung. CARPZ. P. 1. C. 28. d. 22. L A V -  
 TERB. c. 1. SCHILTER. Ex. ad Pand. 46. §. 45. Add. Ordin.  
 Jud. Goeb. 1. 18. 6. RICHTER. d. Privil. Cred. c. 2. m. 1.  
 n. 66.

## §. XII.

Neque vero hoc tantum illi Creditores pertinent, *Quod &*  
 qui jus pignoris, dum viveret defunctus, in ejus bonis *in legata-*  
 adepti sint; sed & legatarii, quorum hypotheca in bo- *riis obti-*  
 nis a defuncto relatis demum a tempore mortis ipsius *net.*  
 incipit. L 1. C. Commun. d. legat. §. 2. l. d. Legat. Neque  
 enim testatoris bona aliter ad heredem perveniunt, &  
 ab eo acquiruntur, quam pignoris nexus legatariis obli-  
 gata, atque adeo cum hoc onere hypothecae, quod ipsa  
 lex bonis testatoris eo momento imponit, quo moritur.  
 In eandem sententiam respondit Ordo Vitemberg. Mens. Praejudi-  
 Octobr. 1720. in eadem causa, superius commemorata. cium Ord.  
 Namque legatarios vitacitae hypothecae, qua jus in bonis *Vitem-*  
 defuncti consecuti fuerant, statim post expensas Concursus, *berg.*  
 ante onera realia & dotem Vxoris, collocandos censuit.

## CAPVT

## CAPVT V.

DE

## V SV

## CONTRAVINDICATIONIS.

## §. I.

*Descriptio Contravindicationis.* **I**ntelligitur per *Contravindicationem* nihil aliud, quam exceptio dominii, qua reus, actione rei vindicatoria conventus, non solum actoris dominium negat, sed simul suum quoque dominium afferit, idemque declarari, petit; quo probato, non solum ab instituta actione absolvitur, sed & per sententiam dominus rei declaratur. Cujus sententiae declaratoriae quae vis atque effectus sit, in eo cardo quaestioni vertitur. Et primo quidem de actore quaeritur, quo usque res judicata eidem obstat; sive ex nova causa seu titulo experiri velit, sive possessionem rei nactus conveniatur a reo, qui loco probationis sententiam istam declaratoriam, quam in priori lite obtinuit, pro se allegat.

## §. II.

*Quae baud inanibus argumentis defendi possunt.* Hic vero miror, eorum aliquos, qui in primis pro effectu *Contravindicationis* propugnant, excipere casum, quo actor novum actioni suae fundamentum substernit, atque adeo existimare, quod res judicata, per quam rei domi-

dominium declaratum est , illi haud noceat , contra quem judicata fuit , si is deinde , ex alia causa , rem vindicet . Ego certe putaverim , si ulla Contravindicationis utilitas est , eam se in ordine ad eundem actorem in primis exerceere debere . Quamvis enim huic , si in Libello praeter dominium causam ejus seu titulum allegaverit , sed succubuerit , res judicata regulariter objici haud possit , si deinde ex novo titulo actionem rei vindicatrix instruat , l. n. §. 2. d. Exc. Rei jud. tamen aliud sentiendum esse intelligitur , quando reus simul per sententiam pro domino declaratus est . Cum enim actor contra oppositam exceptionem dominii articulos elisivos formare , suamque replicam in Judicium deducere atque adeo impedire debuerit , quo minus reus per sententiam dominus declararetur , intuitu illius tamdiu pro tali habendus esse videtur , donec post rem judicatam nova forte causa superveniat .

## §. III.

Vnde si v. gr. quis contra alterum actione rei vindicatoria experiatur , ac in libello dominium se ex causa <sup>Idem ubi  
rius de-</sup> emtionis consecutum esse dicat ; reus vero contestationi <sup>claratur.</sup> litis negativae exceptionem dominii subjecerit , ac deinceps in reprobatione sua sufficienter deduxerit , eoque sententiam dominii declaratoriam obtinuerit , non puto , actorem ex causa donationis , legati , permutationis , aut simili , de novo eandem rem ab eodem reo vindicare posse ; cum hic jam contra ipsum pro domino declaratus sit , & duo ejusdem rei domini esse haud possint . Eodem quoque jure reus , si forte post hujusmodi sen-

E ten-

tentiam rei possessionem amiserit, eandemque actor consecutus sit, adversus eundem agere, & loco probatiois dominii in continentia liquidae rem judicatam allegare posse videtur; nec alia exceptio locum habebit, quam quae ex causa, post rem judicatam noviter superveniente, dependet; puta si rem ipse reus eidem actori vendiderit, donaverit, aut alio titulo ad transferendum dominium habili in eundem contulerit.

## §. IV.

*An talis sententia declaratoria pro reo lata tertio, qui non in lite fuit, praedeclarato-judicare queat. Nec vero haec tenus a me impetrare ria contra potui, ut mihi persuaderem, posse tertium aliquem, qui tertium vim alienum habeat, nullam a litigantibus causam habet, jure suo, inauditum, quam habet? nullave sua culpa, excidere; & regula, per quam vis rei beat?*

*Quod negatur. Quod ne- gatur.* Sed jam videamus, utrum talis sententia dominii declaratoria pro reo lata tertio, qui non in lite fuit, praedeclarato-judicare queat. Nec vero haec tenus a me impetrare ria contra potui, ut mihi persuaderem, posse tertium aliquem, qui tertium vim alienum habeat, nullam a litigantibus causam habet, jure suo, inauditum, quam habet? nullave sua culpa, excidere; & regula, per quam vis rei beat?

*Ex ratione naturali & Civili.* dicitur, *l. 3. ff. de Re jud. & l. 2. C. Quib. res jud. non noc. adeo rationi naturali convenit, ut nequaquam putandum sit, Juris humani conditores ab ea recedere voluisse, nisi super eo voluntatem suam liquido manifestaverint. Quodsi jam considerentur textus Juris Civilis, e quibus fundamentum pro contraria opinione petitur, illi omnes de Ingenuitate vel libertinitate agunt. Atqui singularia, favore libertatis Jure Romano sancta, ad consequentiam haudquaquam trahenda esse, patet. Quocirca mirum non esset, si vel apertissime decisum a Romanis foret, ut sententia pro ingenuitate lata inter omnes Jus facere, atque adeo ipsam veri patroni prae-tensionem excludere deberet.*

## §. V.

## §. V.

Sed & super hoc ipso textum Juris, quo id mani- *Et ne qui-*  
 feste cautum esset, quaesivi diu, sed nullum adhuc in- *dem in*  
 veni. Ut hinc circa ipsam de ingenuitate ac libertini- *causa li-*  
 tate quaestionem regulae inhaerendum esse putem, jux- *bertatis*  
 ta quam res inter alios judicata tertio haudquaquam *id dispo-*  
 praejudicare debet. Confirmat me in hac sententia L. I. *nun, quod*  
*ff. Si Ingen. esse dic, ubi sententia, alio agente, pro ingenui-*  
*tate lata, vero patrono haud obesse dicitur; nec vero si*  
*mile est, contradictionem non justam, aut legitimam*  
*supponi. Nec enim video, quid ille alius agens petere facit L. I.*  
*potuerit aliud, quam ut ipse pro patrono, reus autem ff. si in-*  
*pro libertino declarari deberet; atqui hic justus atque gen. esse*  
*legitimus Contradic<sup>t</sup>or dicitur; sicuti eundem hoc mo-*  
*do expresse definit Imperator L. I. C. de Ingen. manum. Sed Quis sit*  
*apertissime hoc ipsum, quod contendeo, ne quidem pro legitimus*  
*libertate latam sententiam declaratoriam tertio praejudi-*  
*c<sup>t</sup>are, cautum est in L. 42. ff. d. Liber. cauf. Verba ejus*  
*haec sunt: Si servus, quem emeras, ad libertatem procla-*  
*mavit, & a judice perperam pro eo judicatum est, & dominus*  
*ejus servi, post rem contra Te judicatam, Te heredem fecit;*  
*aut aliquo nomine is tuus esse coepisset; petere eum tuum ef-*  
*se poteris, nec Tibi obstat rei judicatae prae scriptio. Hic a-*  
*perte sermo est de sententia declaratoria, pro libertate*  
*contra justum & legitimum contradic<sup>t</sup>orem, scil. emto-*  
*rem, lata; & nihilofcious negatur, talem sententiam vel*  
*ipsi domino, vel ei, qui deinceps ab eo causam habitu-*  
*rus est, quamvis ille ipse emtor fuerit, obesse. Non vi-*  
*deo, quem alium sensum haec Lex admittat.*

E 2

§. VI.

## §. VI.

Progressus Sed jam convertamur ad eas leges, in quibus vim  
 ad fundamēta. Contravindicationis adversus tertium contineri, existi-  
 mari solet. Inter eas praecipuo loco, tanquam hujus  
 contrariae materiae sedes, allegatur L. 14. ff. d. Probat. cuius verba  
 sententia. hic recitasse juvat. Circa eum, qui se ex libertinitate in-  
 genuum dicat, referendum est, quis actoris partibus fungatur.  
 Pro illa Et si quidem in possessione libertinitatis fuit; sine dubio i-  
 citatur in primis psum oportebit ingenuitatis causam agere, docereque, se in-  
 genuum esse. Sin vero in possessione ingenuitatis sit, & liberti-  
 nus esse dicatur, (scilicet ejus, qui ei controversiam movet.)  
 hoc probare debet, qui cum dicit libertum suum; quid enim  
 interest, servum quis suum, an libertum contendat? Si quis  
 autem fiducia ingenuitatis suae ultro in se suscipiat probatio-  
 nes, ad hoc, ut sententiam ferat pro ingenuitate facientem  
 (hoc est ingenuum se esse ut pronuncietur) an obtemperare ei  
 debeat, tractari potest. Et non abs re esse opinor, morem ei  
 geri, probandi se ingenuum, & sententiam secundum se dan-  
 dam, cum nulla captio intercedat juris. Hujus legis, quate-  
 nus ad causam praesentem pertinet, sensus est; quod, eo  
 casu, ubi quis in possessione ingenuitatis constitutus,  
 ab alio in libertinatem asseritur, non ipse, sed adversa-  
 riis probandi onus subire debeat; in qua si deficiat, ita  
 quidem alter absolvitur, ut feratur sententia, ipsum il-  
 lius servum haud esse; sed non pronunciatur, eum esse  
 ingenuum; qualem sententiam si causae fiducia expe-  
 tatur, ipsi ingenuitas probanda est; quo facto, per senten-  
 tiā declaratur ingenuus. Sed vero nihil hic de sen-  
 tentiae illius effectu habetur; nihil de eo, quod adver-  
 sus

Illius sen-  
 sus. Nihil fa-  
 cit pro

sus tertium valeat, & vim rei judicatae adversus quemlibet alium producat. Imo contra si alias, etiam post rem judicatam, veniat, seque patronum illius afferat, idemque probare velit, nihil eidem proderit sententia, expresse non tantum MARCELLVS in superius cit. l. l. ff. Si ingen. esse dic. sed & PAPINIANVS in l. s. ff. cod. tradit; Et, patronum etiam post quinquennium Sententiae pro ingenuitate dictae, si eo ignorantie res judicata est, non esse praescriptione temporis submovendum, acutissimus Jctus respondit.

## §. VII.

Alter textus, qui ad vim Contravindicationis allegatur, est s. i. l. d. Act. ubi Imperator, <sup>Alius tex-</sup> ad quum actiones in reales atque personales divisiſſer, quem dis- exemplum hoc subjicit: *Veluti si rem corporalem possit sentientes deat quis, quam Titius suam esse affirmet, possessor autem, do- provo- minum ejus se esse, dicat; nam si Titius suam esse intendat, cant.* in rem actio est. Largiamur, si ita libet, verba: *Domi- Explana- num ejus se esse dicat, ad contravindicationem referri de- tur §. i.* bere; quis vero inde, quaeso, collegerit aliquid pro vir- tute Contravindicationis, adversus tertium valitura? Cujus effectus nullum omnino vestigium in illo textu occurrit. Et sunt illa verba narrative, ut loquuntur, ab Imp. posita, nihilque detrahunt libertati ejus, qui a- ctione rei vindicatoria convenitur; in cuius arbitrio est, velitne simpliciter intentionem actoris negare, an simul contra suum dominium afferere. Quam autem vim talis Contravindicatio habere, & quoque valere debeat, de eo prorsus Imperator silet.

## E 3

## §. VIII.

## §. VIII.

*Diluitur argumen-* Neque vero magis ad institutum facit *l. 15. C. d. R. V.*  
*Vnde postrema Verba : Si ex causa donationis utriusque*  
*tum ex Dominium rei vindicetis, eum, cui priori possessio soli tradita*  
*l. 15. C. d. est, haberi potiorem, convenit ; ab illis, qui dissentunt, ci-*  
*R. V. per titum.*

Neque vero magis ad institutum facit *l. 15. C. d. R. V.*  
*Vnde postrema Verba : Si ex causa donationis utriusque*  
*tum ex Dominium rei vindicetis, eum, cui priori possessio soli tradita*  
*l. 15. C. d. est, haberi potiorem, convenit ; ab illis, qui dissentunt, ci-*  
*R. V. per titum.*

*Responde-* Neque vero magis ad institutum facit *l. 15. C. d. R. V.*  
*tur ad* *l. 15. C. d. est, haberi potiorem, convenit ; ab illis, qui dissentunt, ci-*  
*l. 39. ff. d. genitatem sua non incumbit, ultero si ipse probare desideret, au-*  
*liber. cau-* *diendus est.* Quod enim is, qui praeter necessitatem,  
*probandi onus in se devolutum cupit, audiri debeat, ni-*  
*hil singulare habet, & in omnibus causis, sine discrimi-*  
*nine, obtinet ; ut proinde ad vim Contravindicationis fir-*  
*mmandam nihil omnino conferat.*

## §. IX.

*In Jure* *Jus item Canonicum vim Contravindicationis, ad-*  
*Canonicu-* *versus tertiam valituram, ignorat.* Neque enim ex *c. 5.*  
*nibil ba-* *X. d. for. comp.* pro ea quicquam excuspi potest. Cum  
*betur de* *ibi tantum de fori competentia sit sermo ; si laicus a cle-*  
*effectu* *re, de rebus, vel suis, vel ecclesiae, conveniatur, isque*  
*Contra-* *res sibi proprias affereret ; quod nempe juxta vulgatum*  
*vindica-* *Juris principium, actor rei forum sequi teneatur. Quid*  
*tionis.* *vero hoc ad contravindicationis effectum adversus ter-*  
*tium ?*

## §. X.

## §. X.

Vidimus in illis, ad quos provocari solet, textibus *Eundem*  
*Juris nihil quicquam de Contravindicationis virtute ad-* *Romani*  
*versus tertium haberi. Quocirca cum fundamento Ju-* *aque, ac*  
*ris destituatur, & nunquam, ne apud Romanos quidem,* *Germani,*  
*ei, qui in lite haud fuisse, preejudicaverit, frustra de il-* *ignora-*  
*lius usu hodierno quaeritur. Verum euidem est, quod* *runt.*  
*non temere Leges Romanae, quatenus ad statum Rei-*  
*publicae nostrae quadrant, nec juribus & institutis Ger-*  
*manorum repugnant, pro non receptis, aut desuetudine*  
*abrogatis, haberi debeant; quin potius laudi hoc ducen-*  
*dum, si quis hujusmodi legibus, a vulgo ignoratis, vi-*  
*gorem addat, easdemque in usum fori revocet. Sed &*  
*illud cavendum, ne vim earum inter Germanos exten-*  
*damus longius, quam ipsi Romani, illarum autores,*  
*voluerunt; & ratio atque juris analogia permittit.*  
Quamobrem supervacaneum fuerit, inquire, an quid in  
Jure hodierno Imperii, vel Saxonico, contineatur, quod  
Contravindicationis effectum adversus tertium impe-  
diat; quem Germani aequae, ac Romani, omni tempore  
ignorarunt.

## §. XL

Sunt, qui docent, possesseorem, qui in hujusmodi *Doctrina*  
*actione dominus declaratus est, contra eundem actorem, corum, qui*  
*si is rei vindicationem ex alia causa tituloque instituat, dissentiu-*  
*tum esse, non vero adversus tertium, nisi eodem nitatur* *unt, non*  
*fundamento, quo ille, adversus quem contravindicatum* *bene co-*  
*fuit. Si enim, inquiunt, res judicata ne illi quidem no-* *bacret,*  
*cet,*

cet, contra quem judicata fuit, si is deinde ex alia causa rem vindicet, multo minus illa nocebit tertio cuidam, diversum actionis suea fundamentum substerenti. Quae doctrina quomodo cohaereat, non video; dum sententiae dominii declaratoriae idem effectus intuitu ejusdem petitoris, ex alia causa agentis, simul assertur, & negatur. Deinde, ut verum fatear, non intelligo, quomodo tertius aliquis, ex eodem cum priore actore fundamento adversus Contravindicantem experiri queat; ut huic succenturient sententia, qua dominus declaratus est. Quod si enim titulus, quo nititur, idem quidem est species, sed non numero, v. gr. si uterque dicat, se dominum rei, ex causa emtionis, factum esse, revera novum est fundamentum agendi, quod per sententiam, super Contravindicatione latam, haud elidetur; ut ipsi dissentientes volunt. Sin autem sit titulus numero idem, v. gr. si uterque dicat, ab ipsis simul uno eodemque contractu rem emtam, & securata traditione, dominium in ipsos translatum esse; qui casus tamen rarius futurus est, ne tunc quidem ex praefixa hypothesi res judicata, quae primum petitorem repellit, secundo obstat; cum hic pro sua parte acturus, & fortassis fundamentum tituli solidius ostensurus sit; cui proinde incassum reus occinet sententiam, pro assertendo dominio suo latam. Quamobrem non existimo, tertium, qui adversus priorem reum rei vindicatoria experitur, & in libello simpliciter dominium allegat, reo in vim litis ingressum impedientis exceptionis sententiam suam dominii declaratoriam allegante, cogi posse, ut initio statim, antequam ad probations descendat, titulum dominii edat; hanc enim necessitatem nulla eidem lex imponit.

§. XII.

## §. XII.

Praeterea illi, qui Contravindicationis vim adversus tertium afferunt, praestruere solent, ut sententia de claratoria ex liquidissimis & prorsus indubitis probationibus aduersus feratur. Sic enim fieri non posse contendunt, ut aliquis tertium, si dominus ejusdem rei, atque hoc dominium suum probare queat. Quaenam vero possunt esse adeo liquidae probationes, quae cujusquam dominium, altera parte non audita, evincant? Pro altera vero parte semper reputandus erit novus adversarius, qui causam a priori non habet. Quod si hic ostendere paratus sit, se revera dominum esse, suasque probationes multo liquidiores, quam illas rei, quibus antehac sententiam dominii declaratoriam obtinuit; quo jure, quove obtentu, is ab agendo atque probando, repellri poterit?

## §. XIII.

Quid vero, si judex, errore ductus existimet, reum Contravindicantem probasse dominium, quod non probavit? Qui dissentient, largiuntur, hujusmodi sententiam tertio haud obesse. Atqui tamen in vim rei judicariae illa perinde transit, quam si revera dominium probatum esset. Non enim hujusmodi sententiam contra jus constitutionis, seu in thesi, ut loquuntur, latam esse, manifestum est, sed tantum contra jus partis, seu in hypothesi; quae utique eandem vim habet cum illa, quae ex veris atque sufficientibus probationibus dicta est.

F

## §. XIV.

## §. XIV.

*In actione negatoria* Transeamus ad casum actionis Negatoriae. In hac, constat, actorem in libertate naturali, reum in seruus *Con-* vitute inniti. Illa praesumitur; haec, quia facti est, pro-*tra*vindi- banda venit. Porro, si reus neget, actorem esse domi-*cationis* num fundi, de quo agitur, dominium huic probandum; *nullus est.* sed ita, ut, quia illius quaestio tantum incidenter occur-rit, sufficiat simplex demonstratio, & quidem solius pos-*sessionis*, ex qua in hac actione dominium praesumitur. Fac igitur, pronunciari, demonstratum esse dominium, reum vero, probato jure, quod in fundo praetendit, ab-*solvit*. Quaeritur: quem effectum habeat declaratio-*minii*, per sententiam facta? Et hunc tantum esse aliqui sentiunt, ut securitatem praestet etiam adversus tertium. Hinc magnopere commendari solet actori, ut, reo licet absoluto, tamen curet, dominii declarationem sententiae inseri; eaque praetermissa, & insuper a Judice habita, Remedio suspensivo locum esse volunt. Sed fateor, nul-*lam* me talis sententiae utilitatem perspicere, quae ad-*versus* tertium sese ostendat; sive spectemus actorem, sive reum. Et actor quidem per hujusmodi declaratio-*nem* nihil aliud consequitur, quam, ut pro Domino, praesumptive tali, h. e. possesso praedii habeatur. Quid vero hoc ipsi prodeesse potest contra tertium, rem suam vindicantem? Qui, dum actione rei vindicatoria eum convenit, largitur utique, eundem possidere, se autem verum illius dominum esse, contendit. Quam ejus intentionem proinde nihil quicquam morari potest sententia super praesumptivo dominio lata. Veritati prae-

praesumtionem cedere debere, rationis est. Sed & reo hujusmodi sententia nihil omnino adversus tertium proficit. Non enim sequitur: Prior actor possedit fundum, eoque pro ejus domino, in actione negatoria, declaratus fuit; Ergo eundem nunc alias possidere, eoque & ipse ex praesumto dominio, eique cohaerente naturali libertate, experiri nequit. Et nemo fortassis admirerit hanc consecutionem: Prior petitor praesumitur esse Dominus praedii; Ergo nemo alias, etsi forte ipsum verum dominium ostendere paratus sit, audiendus est contra reum, ab actione negatoria semel absolutum.

## §. XV.

Imo vero haec talia mecum reputans adducor, ut *Ne qui-*  
*existimem, hujusmodi sententiam dominii declaratoriam, dem ad-*  
*in actione negatoria pro actore latam, ne quidem intuitu versus*  
*ejusdem rei quicquam in actoris favorem operari. De-eundem*  
*claratus is est dominus, praesumptive talis, h. e. possessor reum.*  
*fundi. Solam igitur possessionem, si forte haec ipsi ab*  
*eodem reo in dubium vocetur, per eandem probare pot-*  
*est; praeterea nihil. Evidem objicitur, quod reus,*  
*dum servitutem sibi in re, in judicium deducta, secun-*  
*dum indolem actionis negatoriae, competere, ait, pari-*  
*ter confiteatur, non se, sed actorem dominum esse; quod*  
*res propria nemini serviat; imo & hoc ipso, quod reo*  
*asseratur servitus, actor implicite ac virtualiter domi-*  
*nus declaretur fundi, qui reo serviat. Sed enimvero*  
*accuratius haec paulo expendi merentur. Primum ne-*  
*cesse haud est, praesertim <sup>Quod</sup> <sub>uberius</sub> juxta usum fori hodiernum, demon-*  
*ut reus, actione negatoria conventus, praecise alleget <sub>demonstratur.</sub>*

servitutem, proprie dictam, h.e. in fundo alieno competentem. Sufficit, si dicat, se in eo fundo, cuius actor in libello meminit, id jure agere, de quo ipsi alter item movit; Quo spectat vulgata illa pronunciandi formula: Dieweil Beklagter sich auf ein Besugniß bezogen. x. Dum igitur reus allegat jus in fundo, ein Besugniß/ non statim concedit, actorem dominum illius esse. Imo contra fieri posse, puto, ut ipse verus Dominus praedii, qui &, se talem esse, novit, actione negatoria pulsatus, dissimulato tantisper dominio, solum jus alleget, negans praeterea, fundum actoris esse. Facile igitur fieri potest, ut actor praesumtum dominium, h.e. possessionem demonstret; reus autem, probato illo jure, quod in judicium deductum est, v. gr. ex praescriptione, ab instituta actione absolvatur. Quis nunc existimet, reum hoc ipso dominium suum amisisse, idemque adversus ipsum actori assertum esse? Fac igitur, hoc casu post sententiam, in actione negatoria latam, per quam actor praesumptive dominus declaratus, reus vero absolutus est, hunc, intuitu illius fundi actione rei vindicatoria adversus eundem, tanquam possessorem fundi, experiri, nemō dixerit, ab hac ipsum actione, propter sententiam declaratoriam, qua alter nititur, arcendum esse.

## §. XVI.

*Occurruntur  
Objectionibus.* Nec vero est, quod regeratur fortassis, praestruendum esse talem casum, ubi actor in actione negatoria non ex simplici possessione, sed alius liquidis argumentis, dominium probaverit. Atqui hoc nunquam dici potest in casu, ubi non principaliter de dominio quaeritur,

tur, sed tantum incidenter ; ut in actione negotioria contingit. Neque enim Judex unquam certus esse potest de vero actoris dominio, nisi causa ab utraque parte plene discussa. Namque facile evenire potest, ut actor, susceptra demonstratione dominii, sibi in actione negotioria injuncta, Documenta producat , quae verum ipsius dominium plenisime evincere videantur, reus autem, et si vim eorum probandi elidere queat , tamen nunc quidem dominii quaestione principaliter disceptare nolit ; satis gnarus, ad victoriam in hoc judicij genere reportandam id solum sibi agendum, ut, jus se habere, ostendat, id in praedio faciendi , quod fecit. Nec sane veri dominii quaestio hujusmodi tumultuaria atque summaria cognitione discuti & definiri potest. Quocirca inde conficimus, in actione negotioria nullum omnino sententiae dominii declaratoriae alium usum esse , quam ut reus juris illius, quod ipsi in dubium vocatum est, probationem subire teneatur.

## §. XVII.

Pergimus ad Actionem Publicianam, ubi contravini- *Contra-*  
cationis usus ex L. 6. ff. de Publ. in rem act. exculpationis nul-  
let. *PAPINIANVS* ibi ait : *Exceptionem justi dominii Pu-*  
*bliciana obiciendam esse.* Vbi per *Exceptionem justi domi-*  
*nii Contravindicationem intelligunt. Quod et si detur,* lam in a-  
*quum faciles in verbis simus, dubito tamen, an vel* *ctione pu-*  
*PAVLO vel PAPINIANO, in mentem venerit, tales* *bliciana*  
*Contravindicationem indicare, quam sequatur senten-* *uilitatem*  
*tia declaratoria, adversus quemlibet alium vim habitu-* *esse, often-*  
*ra. Saltem ejus rei nullum in memorata lege vestigium* *ditur.*

F 3

occur-

occurrit. Planissimus namque illius sensus est, quod actionem publicanam exceptio dominii elidat. Quia nempe non contra Dominum regulariter, imo nec adversus eum, qui aequo justo titulo nititur, sed tantum contra deteriori jure possidentem datur. Vnde nihil ad Contravindicationis effectum colligere licet. Caetero-quin recte svadetur reo, actione publiciana convento, ut exceptionem dominii adversario objiciat; ne scilicet alias, probato ab actore justo titulo, reique traditione, succumbat; quum, se dominum ostendendo, facile aduersarium repellere potuisset. Alium vero suae Contravindicationis fructum, imprimis adversus alios pettores, frustra sibi promittet.

### §. XVIII.

*Nullus etiam illius travindicationis usus erui solet ex l. 15. ff. d. Exc. rei jud. in hereditate, quae imprimis evidenter eundem demonstrare putatur.*  
*tatis petitione. Verba illius ante omnia recitari juvat, ut clarius patescat, tione usus.* quid illa pro stabilienda utilitate Contravindicationis faciat.

Ita vero ibi CAJVS: *Si inter me & te controversia de hereditate sit: & quasdam res ex eadem, tu possides, quasdam ego: nihil vetat, & me a te, & invicem te a me, baereditatem petcre, quod si post rem judicatam a me petere coeperas, interest, utrum meam quia esse hereditatem pronunciatum sit, an contra; quia eo ipso, quo meam esse pronunciatum est, ex diverso pronunciatum videatur, tuam non esse: si vero me-*

*In l. 15. ff. am non esse, nibil de tuo jure judicatum intelligitur: quia potest, nec mea hereditas esse, nec tua. Si quid video, plad. Exerc. ne ibi de Contravindicatione haereditatis non agitur.*

Et

Est enim haec exceptio, ut eam dissentientes definiunt. *plane mensa*  
 JCtus vero in *cit. leg.* de mutua hereditatis petitione, *tio non sit*  
 adeoque de reciproca actione, & effectu sententiae, pro *Contra-*  
*actore*, vel contra eundem in priori actione latæ, agit. *vindica-*  
*Casus nempe talis est. Catus & Titius ambo res ali-*  
*tionis.*  
 quas ex hereditate possident. Prior Catus adversus Titium  
 judicio hereditatis petitionis experitur; deinde, illo  
 judicio per rem judicatam finito, hic vicissim contra  
 illum agit. Quaerit JCtus, utrum Catus tali casu exce-  
 ptione rei judicatae adjuvandus sit? & respondet, distin-  
 guendum esse, utrum in priori actione pronunciatum  
 fuerit, *hereditatem Cati esse, an contra; h. e. utrum reus*  
*Titius condemnatus, an absolutus fuerit.* Priori casu,  
 ubi reus condemnatus est, ut actori, tanquam heredi,  
 res hereditarias, a se possessas, restituat; non poterit is  
 postea, intuitu ejusdem hereditatis, novo judicio adver-  
 sus Catum experiri, sed exceptione rei judicatae merito  
 repellitur; Quia nimurum in priori judicio Catus vi-  
 cit, atque hereditatem ad se pertinere, probavit; quocir-  
 ca cum jus hereditarium in judicium deductum & reus  
 condemnatus fuerit, ea est sine dubio vis rei judicatae,  
 ut reus non de novo eandem sibi hereditatem, contra eun-  
 dem adversarium, asserere queat. Eo ipso enim, ut  
 JCtus loquitur, quo, meam esse hereditatem, pronuncia-  
 tum est, ex diverso pronunciatum videtur, tuam non  
 esse. E contrario fac, in priori actione reum fuisse ab-  
 solutum, quaeritur: An vi hujus rei judicatae possit ipse  
 a Cajo deinceps res hereditarias, quas possidet, petere?  
 Quod negat JCtus; quia non sequitur: hereditas non est  
 Cati, ergo est Titii; adeoque Titio, adversus Catum mu-  
 tuo agenti, probandum, se esse heredem.

## §. XIX.

## §. XIX.

*Quod fu-*  
*sus often-*  
*diur.* In hac igitur lege plane non distinguitur, utrum TITIVS simpliciter condemnatus; an Caius simul expresse heres declaratus, seu hereditatem ipsius esse, pronunciatum fuerit. Inter utramque sententiam nihil ibi discriminis constituitur. Multoque minus supponi potest casus, ubi, lite inter duos agitata, sententia declaratoria deinde tertio agenti opponitur; cuius nullum omnino vestigium in memorata Lege occurrit. Neque vero alia ratio servitum, aliorumque similium jurium est; sed res judicata tantum inter litigantes jus facit; tertio, non auditio, nihil quicquam obest; qualiscunque tandem declarationis sententia feratur.

## §. XX.

*De Con-*  
*travindi-*  
*catione*  
*apud Ve-*  
*teres Ro-*  
*manos.* Hactenus igitur sat luculenter, ut puto, evici, Contravindicationis nullam adversus tertium utilitatem esse. Nunc ascendamus ad vetustissima Romanorum & Germanorum tempora; & videamus, quis genius, quae indoles contravindicationis apud eosdem fuerit. Et de lite vindicarum quidem apud Romanos usitata, ita ASCONIUS PEDIANVS: *Lis vindicarum est, cum litigatur ea de re apud Praetorem, cuius, incertum est, quis debeat esse posse sor.* Ubi nescio, an possessoris vox de dominio recte explicetur. Sane possessionis Controversia apud Veteres Vindicarum causa audiebat, a vindicando, quod interim, dum lis super proprietate seu dominio perageretur, possessor eandem sibi vindicaret seu assureret. Cujus vocabuli *vindicarum* significatio postea latius extensa est, ut non

*Quid lis*  
*Vindicia-*  
*rum?*

non solum possessionem, hujusque controversiam, sed & rem, de qua lis esset, ipsumque agrum, ejusque imaginem, glebam completeretur, & comprehendenteret.  
Vid. FESTVS Verb. Vindiciae. ALEX. ab ALEX. L. 6. c. 10.

GELL. Noct. Att. c. 20. TURNEB. lib. 13. Advers. cap. 23.

GRAVINA Origin. Jur. Civ. p. m. 393. Sic & in causa libertatis, vindicias secundum libertatem dare idem erat, ac <sup>Quid secundum</sup> cunctum possessionem, durante causa status, secundum libertatem <sup>libertatem</sup> dare; quod & regulariter fiebat, ut quis tamdiu maneret vindicias liber, donec, ipsum plane servum esse, constaret. Igitur vindicias postulare secundum libertatem, non idem erat, atque in servitutem asserere, neque vindicias postulare secundum servitutem, idem erat, atque in servitutem asserere: Sed *Vindiciarum vox*, ut monui, ad solam possessionem referebatur. Constitutum hoc fuit decemvirali lege, ut, petitorio judicio durante, secundum libertatem vindiciae darentur. Sed Appius Claudius, qui autoritate inter decemviro eminebat, amore Virginiae Virginis captus, subjecto Cliente suo, M. Claudio, censuit, vindicias, seu possessionem, secundum servitutem, dandam, quod pater absens esset; quod eo consilio ita judicaverat, ut eo facilius mediante Claudio, sibi addicto, Virginia potiri posset. Quae res maximos deinde motus & turbas Romae excitavit. Vid. L. 2. §. 24. ff. d. Orig. Jur. Civ. GRAVINA c. 1. p. 395. Quocirca vetustissimo illo Romanorum Jure nihil de Contravindicatione, adversus tertium valitura, aliquid cautum.

### §. XXI.

Quodsi nunc convertamur ad Alemannorum & Leges Ale-  
Bajuariorum Leges, quas vel SCHILTERVS Ex. admannicae  
Pand. 16. §. 21. seqq. vel alii recitant, quasve <sup>nullam</sup>ne

G

ne

vim Con-ne actum agere videamur, merito supersedemus; nihil travindi etiam in illis reperire licet, unde vis aliqua Contravindicationi ad dictionis adversus tertium adstrui queat. Diligenter eas versus ter- volvi, atque revolvi, neque tamen aliquid, quod vel mi- tium tri- nimam dubitandi causam afferret, deprehendi. Hinc et- busunt. iam Alemannos pariter, ac Saxones Contravindicationis effectum respectu tertii ignorasse, persuasus sum; neque eam mihi persuationem extorqueri pa- tiar, quoad evidentiora argumenta in medium produ- eta fuerint. Imo, calculis recte subductis, & textibus, ad quos provocari solet, diligenter expensis, vel hoc i- psu[m] difficile esse existimem, ut quis vel solam contra- vindicandi necessitatem ex illis liquido ostendat; tantum abest, ut illius vim adversus quemlibet alium evincant; de quo solo in praesenti laboramus, & quod haec tenus ex omni jure, ni fallor, abunde demonstratum est.

## §. XXII.

*Novum argumen- tum pro negando contra- vindica- tionis effe- su contra tertium.*

Ad ultimum, quo minus existimem, Juris Conditoribus unquam in mentem venisse, contravindicationis aliquam vim, adversus tertium, esse debere, facit vel solum argumentum, ad quod responderi posse diffido, ab ipsa vindicatione repetitum; cuius, opinor, vis non minor esse debet, quam Contravindicationis. Jam in actione rei vindictoria actor, se dominum declarari, petit; atque, ubi fundamentum intentionis suae satis probaverit, sententia declaratoria fertur, condemnaturque reus, ut ip[s]i, tanquam domino, rem cum fructibus restituat. Quaeritur igitur: An talis sententia, si transierit in rem judicatam, aliquam probandi dominii vim, adversus tertium, habeat, eo cum effectu, ut, si ex post facto alias, qui causam a reo non habet, possessionem rei, de qua lis- tuit,

fuit, adeptus fuerit, & prior actor eandem vindicet, is sine ulteriori probatione, vi illius sententiae, expelli & condemnari posit, tanquam dominium & jus actoris per eandem incontinenti sit liquidum? Hoc sane nemo ex illis, qui effectum Contravindicationis adversus tertium defendant, hactenus afferere ausus est; & si quis affirmare ausit, ex tot. tit. C. inter alios facta, vel judicata aliis non nocere, & l. 63. ff. d. Re judic. luculenter refelli posset; a qua regula, si contendat, excipiendum esse causum, ubi actor expresse dominus per sententiam declaratus est, eam exceptionem ex jure probare deberet; quod fieri haud posse, certum est; cum illius nullum omnino vestigium in legibus extet. Imo contra circa ipsam actionem praejudicialem de statu libertatis, in cir. l. 63. expresse cautum est, quod, cum quis servum vindicat, isque illius servus judicatur, haec sententia tertio non aliter praejudicare debeat, quam si ipse in ea lite intervernerit. Nam & alias eadem cautio praecipienda, atque inculcanda actoribus esset, rei vindicationem in judicium deducturis, ut, declarationem dominii sententiae expressis verbis inseri current; quo sic eadem adversus quemlibet alium, si res postulaverit, uti queant. Quam tamen cautelam nemo, quod sciam, actoribus adhuc commendavit, sed reis tantum, vindicationis, similique judicio pulsatis. Atqui haec, puto, necessaria consecutio est, *a vindicatio-*  
*ut, quem effectum ipsa Vindicatio non habet, eodem nec carione ad*  
*Contravindicatio gaudere queat. Hanc non plus, quam Contra-*  
*illam, operari, rationis est, & Juri nostro consentaneum.* *Vindicatio-*  
*Sed haec omnia aliis, imo & illis ipsis, qui dissentiant, ex- nem recte*  
*aminanda relinquo; in quorum sententiam, meliora edo-*  
*arguitur.*

& us, ultro & sine difficultate concedam, cui veritate,  
quam solam quaero, nihil prius aut potius esse solet.

CAPVT VI.  
DE  
V S V  
BENEFICI CESSONIS  
BONORVM.

§. I.

*Dispositio  
LL. XII.  
Tabb. de  
obaeratis  
debitori  
bus.*  
**L**ege XII. Tabb. de obaeratis debitoribus inter alia ita cautum legitur : *Si plures erunt rei, h. e. Cre-  
ditors, tertius nundinis, si nempe frustra Emtor  
quaesitus fuerit, partes secanto, h. e. corpus debitoris in  
partes ab illis dissecetur, & membra sibi viritim tollant,*  
*Vid. GRAVIN. Origin. Jur. Civ. L. 2. n. 72. p. 405.* Quam Legem alii immanem vocant, eamque detestantur; ut *FAVORINVS apud GELLIVM Noct. Att. L. 20. c. 1. quod  
& BEYERVS facit ad Pand. t. d. Cess. bon. princ.* Aliis contra eadem *levisima & mitissima audit.* *Quid enim, in-  
quiunt, mitius est ea poena, quae terrore suo delinquendi con-  
silium aufert?* *GRAVIN. c. l.* Saltet illius poenae, le-  
nitudinis causa, uti *COECILIVS Jctus* vult, sanctae ul-  
lum unquam exemplum ostendi potuit.

§. II.

*Sectione  
corporis  
successione  
sectio bo-  
norum.*  
Sed quocunque tandem consilio ea Lex condita a Romanis fuerit, eam postea abrogatam, & pro sectione corporis bonorum sectionem introductam fuisse, constat.  
*LIVIUS Decad. t. L. 8. ANTON. AVGUST. d. LL. & SCITIS.*  
*p. 120.*

p. 120. Quia vero & haec ignominiosa habebatur, & bonis non sufficientibus, debitor carceris molestiam haud effugiebat, successit beneficium cessionis bonorum, Lege Julia indulsum. Cv J A C. in Cod. t. Qui bon. ced. poss. quo utraque, & infamia & carceris molestia, evitari possit; quod per cessionem bona debitoris esse desinerent, adeoque nec ejus nomine venderentur. Vid. BEYERVS c. l.

## §. III.

Beneficium hoc, a Germanis etiam receptum, passum Cessionis usu frequentari solet. Evidem illi. THOMASIVS ssonis bo-  
Not. ad Pand. t. d. Cess. bon. experientiam docere, contendit, norum ra-  
Cessionem hanc bonorum rarisime in foro comparere. Ra-  
tionem, monet, peti debere, ex iis, quae habet BEYE-  
RVS ad Pand. c. l. Is vero ibi ait: Solere bodie plerum-  
que obaeratos, arrepta fuga, & quaesito salvo conductu, cum  
Creditoribus pacisci, vel de usuris, vel etiam de parte debiti  
remittendis, vel saltu de solutione per partes facienda, so-  
lere etiam subinde Rescripta moratoria a Principe impetra-  
re. Quibus illi. THOMASIVS c. l. addit, quod propter ir-  
regularum Reip. Germanicae statum, ac aemulationem Statu-  
um Imperii, debitores facile sibi fuga, vel Rescriptis moratoriis  
consulere possint, cum facilime quis posse in aliud territorium  
confugere, & nummis inique acquisitis Patronum quaerere. At Quibus  
vero haec omnia id tantum evincent, plures hodie, pro-  
pter distincta territoria, elabendi vias dari; nondum ta-  
men usum Cessionis bonorum destruunt, aut adeo rarum  
faciunt.

## §. IV.

Contra, vel soli Ordini Juridico Vittembergensi, in Ejus  
Actis ad eundem transmissis, pluscula hujus beneficii Exempla.

G 3

Exem-

Exempla occurrisse a Dn. Praefide relatum accepi. Et nuper admodum Mens. Jul. 1720. ejus generis exemplum eidem oblatum est ad requisitionem der Stadt- Gerichte zu Naumburg in S. B. P. Concurs. In quo casu, quod obiter addo, juratam bonorum designationem, a debitore editam, Creditores propterea impugnabant, quod formula jurisjurandi : *Dass er in fraudem Creditorum nichts von abhanden kommen lassen / dolosam detractionem minus includeret, eoque intuitu eundem ad novum jusjurandum adigi, petebant.* Quod quamvis non insuper habendum, censuisse vide-rentur JCti Lips. aliter tamen Ordo Vitemb. sensit; quod verba generalia, von abhanden kommen lassen / quamvis speciem, atque adeo etiam dolosam venditionem, complecti, haud obscure appareret. Iteratio autem jurisjurandi non facile, & praeter necessitatem, a Judge permitti, sed, quantum fieri potest, vitari debeat. Hinc pronunciatum est: *Dass der debitor communis, mit Ablegung des anderweit angekommen Eydes/ in An-schung/ dass er die angeregten Puncta bereits in nur be-meldten Actis fol. 92. in effectu mit abgeschworen/ übersluzige Eyde aber zu vermeiden/ nicht unbillig zu verschonen.*

COROL-

## COROLLARIVM.

**E**x sola investitura, de superiore & inferiore Jurisdictione facta, jus venandi non recte infertur. Alter videtur sentire SCHILTERVS Ex. ad Pand. 4. § 18. Not. a. quem alii sequuntur, atque hanc regulam formant, quod is, qui cum Jurisdictione inferiore & superiore est investitus, etiam jus venandi exercere possit; Cui sententiae nec praejudicia desunt. Sed enimvero, re altius cogitata, Ordo Vitembergenis ab illa doctrina recedere non dubitavit. Neque enim solido eam fundamento inniti, manifestum est. *Ipse SCHILTERVS c. l. recte docet*, feras, aves, pisces, & quae in litore inveniuntur, aut flumine, aut mari, esse in dominio Universitatis, Reipublicae & Summae ejus Potestatis. Hujusmodi rerum, sua natura ad Remp. pertinentium, usum Jure Romano & aliarum quoqe Gentium moribus singulis concessum, velut communem, hodierna consuetudine revocatum, & quasi jure postliminii, in pristinam causam reversum esse. Ut hinc dubium esse nequeat, jus venandi & ex natura atque indole sua, & juxta hodiernam consuetudinem, jure Regalium, quae Principis sunt, censemendum esse. Neque alia est ratio Jurisdictionis, quae rotula illius est, qui summam potestatem in Civitate habet. Exercitum hujusmodi iurium non aliter in privatos transit, quam ex voluntate ejus, qui rerum potitur. Caeterum de hac liquido constare debet; neque incertis Conjecturis locus est. Quo igitur colore, & qua veritatis specie, existimemus, jurisdictionem a Principe concessam simul jus venandi completa? Quis quaeso, utrinque nexus, aur quid venationi an*ijuris* dicundi potestate commercii? Sed & genuinis interpretandi regulis, ipso usu corroboratis, eadem opinio repugnat. Eorum enim, quae notabiliter transferuntur, quo speciatim Regalia Principis referri solent, concessio strictissime semper intelligi & explicari debet. Alterum ex altero haud consequitur. Exercet quis in fundo ex Principis benignitate imperium sive merum sive mixtum; ergo etiam feras in eo vagantes licite capit? Nullam esse vim illationis, quae a diversis fiat, perpetua Logicorum doctrina est. Hinc, quando Doctores tradunt,

jus

jus venandi a jurisdictione dependere, hoc non aliter verum, quam  
 si jurisdictione intelligatur summa & eminens, quam is habet, in  
 quo summa Potestas resideret. Quae connexio cessat, quamprimum  
 quaestio est de privatis; quo nomine mihi hic omnes, praeter Prin-  
 cipem, in Civitate veniunt. Neque SCHILTERVS aliquid afferit,  
 quod ipsius causae inserviat, sed potius propria vineta caedit, quan-  
 do citat Ord. Prov. Sax. c. 29. §. Es soll auch ein jeder ic. Ibi  
 enim disertis verbis praestritur concessio Principis, saltem tacita,  
 quae ex immemoriali possessione colligitur. Quod satis aperte  
 indicant verba, alten Herkommen nach; item: sollen ihre ange-  
 gebene Ubung und geruhigliches Herbringen beweisen ic. Ic.  
 Igitur, ubi hujusmodi exercitium per tempus, cuius initii memoria non  
 extat, continuatum & praeterea privilegium expressum desicit, nemo  
 sibi venandi jus licite arrogat, sed potius, id sibi afferens, in Princi-  
 pis jura temerario ausu involasse censeri debet. Quocirca, nul-  
 lam omnino presumptionem pro jure venandi, ex sola jurisdictione  
 oriri, judicavit Ordo Vitembergensis Mensl. Octobr. 1720, ad re-  
 quisitionem der Königl. Preußischen Regierung zu Custrin, in causa  
 Aegidii Leonhardi von Zabeltz, contra George von Stuardt.  
 Verb. Dass Klägers Sachen, gestalten Sachen nach, nicht statt  
 hat und ist derselbe aller Jagdten ic. sich zu enthalten schuldig,  
 Er könnte und wollte denn anderer gestalt, und besser, als gesche-  
 hen, dass Er und seine Vorfahren, in einer geruhigen und so.  
 Jahrigen Possessi solcher Jurium und Regalien sich befinden, bin-  
 nen Ordnungs-Frist beweisen ic. Verb. Rat. Decid. Ferner  
 diejenige Meynung einiger Doctorum, quod ille, qui cum juris-  
 dictione inferiore & superiore investitus est, etiam jus venandi exer-  
 cere possit, in denen Rechten nicht gegründet, vielweniger das Jus  
 venandi aus dennen Worten des Lehn-Briefes: Und sonst  
 mit allen Gnaden und Gerechtigkeiten ic.  
 zu erhärten.







Wittenberg , Diss.) 1720

f

sb.







Ar. 58. num. 14.  
24  
1720  
18

*P. 295*

**DISSERTATIO JVRIDICA  
DE  
VSV  
BENEFICII  
DELIBERANDI  
ALIORVMQVE  
JVRIS ROMANI  
CAPITVM**

*QVAM  
PRAESIDE*  
**JO. BALTHAS. VVERNHERO  
Jcto**

POTENTISS. POLON. REG. ET ELECT. SAX.  
A CONSILIIS AVLAE ATQVE JVSTITIAE, ORDINARIO  
ET ANTECESSORE PRIMARIO, ETC.

*In Academia Vitembergensi*

D. XXI. NOVEMBR. M DCC XX.  
PVBLICE VENTILANDAM PROPONET  
**FERDINANDVS GUILIELMVS  
ab HARTITZCH**  
EQV. MISN.

*WITTENBERGAE, Literis Vidua Gerdesii*

